UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Si dos constante matrimonio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Si dos conſtante matrimonio ſoluta fuit. Rub. XIX.

Dos quomodo repetatur.

LEX VNICA.

a * **SI conſtante.** [a] * Si dos conſtante mat. ſoluatur ſine cauſa,
poteſt repeti a muliere, ⁊ etiã ab heredibus eius. h.
d. Op. ſ. de iur. dot. l. vbi, ⁊ de repu. l. j. Huius
timore dicit gl. no. ſuper rubr. ⁊ dos ſoluitur quan-
doq; ex cauſa neceſſaria, quandoque ex probabili,
quandoq; ex voluntaria ſine aliqua cauſa. Ex iſto tertio modo lo
quitur lex noſtra, ⁊ vide gl. tuam. Op. ſecundo ſolu. matri. de-
bet dos reddi mulieri, vel eius heredi, vt ſ. titu. j. l. ſi quidem. ff. ſol.
matri. l. ij. in prin. Unde ſi vir repetit ſol. matri. dolo facit, qꝛ petit
quod reſtiturus eſt, vt regula dolo facit, hic dicitur contrarium,
quare male. Huius timore dicit gl. hic ideo repetit vt retineat fru
ctus, vt lucretur fructus intermedij tẽporis, vel dic, quod hic vir
pactus erat de lucrando, ita dicit gl. quam vide. Aduerte, quia
quod vir repetat, vt retineat per annum, videtur cõtra. l. ſi dona-
turus. in fi. ff. de cõdi. ob cauſ. ⁊ cõtra. l. nupta. §. j. ff. ſol. matri. Sol.
ille leges loquũtur cum peteret, hec lex loquitur in repetẽdo. Re-
petit enim quod ſoluit decept⁹ amore maritali, ⁊ ideo facilius cõ
ceditur repetitio, quam ipſa petitio principalis. De hoc habe-
mus regulam iuris que dicit, magis fauendũ eſt repetitioni, quã
aduentitio locro viri, vt in reg. nõ debet. §. j. de reg. iur. ⁊ de iſta ma
teria plene dixi in l. ſi ſocer. §. lucius. ff. ſolu. matr. Ad euidentiã
b [b] dic. quod vir non poteſt ſoluere dotem conſtante matrimonio,
ſuo fauore, qꝛ videtur donare. Sed quero, ſi non vult vti iſto fauo
re, an ſit liberatus ſolutione, ita quod mulier non poſſit repetere
ab eod. Iaco. de Are. hic tractat iſtam materiam multum late, ⁊
Cyn. recitat eam. Finaliter determinant quod liberetur. Et credo
quod male, qꝛ gloſſ. tua determinat contrarium. ff. ſol. matri. l. ij. in
fin. ij. gl. Et eſt tex. in l. fi. ff. de iu. do. in aut. de nup. §. dotes. Fateor
tamen, quod ſi ex illa ſolutione mulier eſſet effecta locupletior, vir
liberaretur magis iure compenſationis quam ſolutionis.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. Si conſtante. Matrimon. autem ſoluto poteſt b
ni vxori, vide Roma. conſi. cxc.
* CLAVD. DE SEISS. Si conſtante. Ad huius l. limitatio
nem ⁊ declarationem vide Bar. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat.
b ALEX. Ad euidentiam. Uide quod no. Bal. in aut. ſi qua. ad
Uelleian. maxime in verſi. pone. ſequitur etiam Bald. in l. final. in
princip. ff. ſoluto matrimonio.

a Ne fideiuſſores, [a] vel mandatores dotium dentur. Rubr. XX.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Ne fideiuſſores. Pro ampliatione huius titu. vide
Alex. in l. ſi dotem. § ſi mulier. ff. ſol. matri. Pro limitatione autem
⁊ cautela contra hanc diſpoſitionem vide late Paul. de Caſt. cõſ.
clxix. ⁊ ſeq. circa quam ⁊ de multis alijs limitatiõibus, vide Alex.
in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. mat. Item quod legi vel ſtatuto
prohibenti ne aliquis recipiatur fideiuſſor, ⁊ quod non poſſit re-
nunciari etiam cum iuramento, quando fauore publico eſt factũ,
vide Barb. conſi. lxiiij. vol. iiij.

LEX II.

1 Pignus pro dote quando poſſit dari. nu. 1.
2 Preceptis legum renunciari non poteſt.

GEnerali. Hic Imperator ampliat conſtitu
tionem precedentem. Oppo. de
iur. do. l. cum dotis. Sol. Uir bene accipit fideiuſſorem
ab vxore, vt l. contraria. non vxor a viro. Et ratio ſatis
1 apparet. † Quero, quid de pignore? [a] Certe poteſt pignus da-
a ri, vt j. qui potio. in pig. habe. l. aſſiduis. licet quidam contra dixe-
rint. Ratio, qꝛ in datione pignorum non generatur in matrimo-
nio cauſa perfidie, quod intelligo, quando vir dat pignori bona
ſua, ſecus ſi daret pignori bona extranei, qꝛ tunc eſſet eadem ra-
tio, que in datione fideiuſſoris. Quero, an ante annum poſſit
* vir dare fideiuſſorem. Dic vt in gl. Quero, an ſolu. matri* poſ-
ſit dari? Gl. dicit quod ſic ⁊ bene. Dic vt in eadem. Quero, an
alius poteſt pro viro dotem accipere, ⁊ ſe obligare. Dic vt in gloſ.
2 † Quero, an poſſit dari fideiuſſor pro dote reſtituenda, cum
hic tex. prohibeat ſolum pro dote conſeruanda? Glo. determinat
quod non. Dyn. tenet contra. in d. l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol.
matr. Inn. videtur tenere glo. in c. per veſtras. de dona. inter vir. ⁊
vxor. Et iſtam opin. ego teneo. Ad rationes Dyn. plene reſpon-
3 deo in d. l. ſi conſtante. §. quoties. † Ultimo quero, an huic legi
* poſſit renunciari. Breuiter gl. tua* determinat quod non, qꝛ iſtis
legibus precipientibus non poteſt renunciari, qꝛ prohibet Impe
rator, ⁊ ſic precepto legis non poteſt renunciari. Et hoc eſt quod
dicebam tibi in aut. ſacramenta. ſ. ſi aduer. vend. quod quando ſta
b tutum [b] dicit, † quod minor non poſſit contrahere ſine conſenſu
4 duorum conſanguineorum, etiam ſi iuret ipſe in contrarium non
venire, quod tale iuramentum nihil proficit, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. De pignore. Adde Cyn. ⁊ Bartol. in l. ſi conſtante. §.
quoties. ſolut. matr. Pro hoc alle. l. quamuis. ff. de ſol. ⁊ ibi Bart.
ſed tu iſtum text. limita, quod non poteſt preſtari cautio ſi matri-
monium non ſequitur. l. Titio. §. titio genero. de condi. ⁊ demon.
in fin. ⁊ ibi gl. Bal. ⁊ Imo. ⁊ vide que dixi in fin. ſeq. apoſtil.
* CLAVD. DE SEISS. Sol. ma. Item an hec lex locum ha
beat in extraneo dotante, tangit hic gl. ⁊ determinat ꝙ non, ⁊ ſequi
tur Salyc. contrarium notab. dicit Imo. in l. ſi conſtante. in princ.
ff. ſolu. matrimo.
* CLAV. DE SEISS. Glo. tua. Iſtam glo. limitat Bal. ...
generaliter. ſ. de epiſc. ⁊ cler.
b ALEX. Quando ſtatutum. Bal. dicit quod tale ſtatutum
valet, adde quod ſingu. not. Bal. in l. fin. C. de ſenten. ex brevi
ci. Et de hoc quod dicit Bar. hic eſt caſus no. in l. non dubium. C.
de legi. ibi, prohibuiſſe ſufficiat ⁊ ibi, nec ſpecialiter. quod no. ...
cit ad id quod no. Bar. in l. mutari. in princi. de procur. Et ad pre-
dicta adde Bar. in l. ſi quis pro eo. in princip. in verſic. dixi etiam.
ff. de fideiuſſ. ⁊ quod ipſe multum not. dixit in l. de his. de tranſac.
Et adde cautelam circa iſtum titul. vt no. Spec. in tit. de dona. in
ter virum ⁊ vxor. §. j. ver. illud quoq;, videlicet vt fideiuſſores cum
periculo dotem recipiant, ⁊ ambo ſunt rei debendi inſolidum. Et
ibi etiam ponit formam inſtrumenti. ad quod vide ſupradicta. Et
quod iſtis legibus precipientibus ⁊ annullantibus nõ poſſit ipſo
iure renunciari ſine iuramẽto tenet Bal. in aut. ſi qua. ad velleia.
⁊ l. antique. §. fin. in fine, eod. titu. Ad idem glo. no. in c. vlti. de pre-
bend. ⁊ Bal. hic ⁊ ad iſtam gl. vide que ſcripſi poſt Imol. in l. ſi cõ-
ſtante. §. quoties. ſolut matrimo. ⁊ cum dicto huius l. concordat
gl. in authen. vt ſine prohi. ma. §. j. in aut. imo. C. de actio. ⁊ oblig. ⁊
Paul. de Caſtr. in conſi. clj. ⁊ ſeq. ⁊ conſuluit contra. Bar. hic ⁊ in
d. l. ſi quis pro eo. Sed ꝙ iſta fideiuſſio firmetur iuramento, facit,
qꝛ prohibitio nõ dirigitur, niſi in fideiuſſores, facit etiã id, ꝙ qui põt
ſaluari, ſine interitu ſalutis eterne, ⁊c. dat etiam ibi cautelam con
tra iſtum tit. vt in inſtrumento de per ſe, aliquis vt principalis
promittit, qꝛ de hoc non loquitur iſte titul. ⁊ ceſſat ratio legis
ue tamen, qꝛ ſi fieret inſtrumentum indemnitatis per virum
ſuſpicio fraudis. Sed Bal. contra in l. j. ſ. ad velleia. Adde
ma. conſi. ccclxxxij. ⁊ cccclxxvij.

De actione rerum amotarum. Rub. XXI.

LEX I.

COmpenſationis. Contra actio-
nẽ de dote, obij-
citur compenſatio de rebus amotis. hoc dicit. Ue-
aliter, Mutue petitiones debent eodem tempore de-
terminari. hoc dicit.

LEX II.

DIuortij. Hec actio competit ſoluto matrimonio,
eo conſtante agitur in factum. h. d.

LEX III.

DE rebus. Hec actio datur contra heredes, qua-
tenus ad eos peruenit, hoc dicit.
ſumma.

De fundo dotali. Rubr. XXIII.

LEX I.

SI eſtimata. Fundi dotalis alienatio volunta-
ria eſt prohibita, non neceſſaria.
hoc dicit.

Diuor-